

1533

A S C E T I C I.

1534

*Fol. 147. p. 2. Incipit liber quid intersit inter illam penitentiam que cum bonis operibus semper agitur. et illam que in infirmitate uel sine uite accipitur. Initium: Multi de fratribus uel filiis nostris solliciti sunt utrum omnis homo in infirmitate &c. Rursus inter Caesarii Sermones n. LVII. et in dicta Append. col. 419. Fidentius et istud Opusculum Ephraemo adferri posset, nisi obstarent illa: *Quitalis est, si a me penitentiam pe-**

cierit — penitentiam illi dare possum &c. non enim certum est, Ephraemum Sacerdotium suscepisse, ut testibus contrariis expenditur Edit. Rom. T. I. Prolegom. V. Ex haecenus recensitis porro non nisi ea, quae foll. 99. 120. 133. et 139. habentur, nova versione ab Ambrosio Traversario Camald. donata sunt, ut ex Edit. Florent. 1481. f. liquet.

V. fol. 149. ἀπειρηγὰς Σεquentia, quae incipit:

Hac die sollempni. voces persultemus iubili.

Laudum grates. deuote modulantes. spiritus et sensuum gestibus &c.

et Legionem *Thebaeam*, quae duce *Mauritio* martyrium fecit in Sec. III. et IV. confinio, celebrat. Meminit fidei ab ea *Hierosolymis* susceptae, *Romae* confirmatae, *Ductoris Mauriti*, *Maximiani* Imp. ejusque numerum ad 6666. euehit, de quibus omnibus *Bollandiani* diligenter pertractant T. VI. Sept. ad Diem 22. Quaesivi *Sequentiam* hanc inter *Notkerianas* editas a *Bern. Pezio* T. I. *Thef. Anecd. col. 15.* sed aberat a *Codice S. Emmerammi*, quo ille usus est. Neque tamen ad *Notkerianas* referre dubito; ita illis gemina est. Accedit cultus, qui in *S. Galli* Coenobio his *Pugilibus Christi* exhibetur, ut habes *T. Bolland. cit. p. 361.*

DCLVII.

R. 50 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 79. 4. currente calamo exaratus, rubricis distinctus, *Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

et olim, ut p. 1. notatur, *congregationis seu unitatis sancte iustine deputatus ad usum fratrum monasterij sancti seuerini neapolis* habet *sequentia: I. De vita solitaria.* Habet *Praefationem Epistola* haec, seu *mavis, Liber*, quae incipit: *Dominis et amicis et fratribus B. priori et hec* (sic; sed lege: *et ceteris*) *W. sabbatum delicatum.* *Pene impudenter et plus quam decebat &c.* *Litera illa W.* designat *Wilhelmum* seu *Guillelmum S. Theodorici* prope *Remos* Abbatem, qui *Opusculum* istud ad *FF. Carthusiae de Monte Dei* dioec. *Rem.* direxit, quamvis olim et *Bernardo Claraev.* tributum, et cum hujus *Operibus*, nomine tamen *Guillelmi*, editum a *Maurianis Paris. 1690. T. V. col. 199.* f. *Adi Admonitionem* ibi praeviam, qua doceris, *literam B.* familiari *Librariorum* incuria supra positam pro *H. Carthusiae* enim illi ab a. 1144. *Haimo* praefuit.

D d

Con-

Continet vero Praefatio in Cod. nostro nonnisi Numeros 2. priores, ita, ut finiat: *ipso lucis amore assuescant*, quod et in ceteris Editionibus usuvenire notarunt *Mauriani*. Opusculum porro ipsum incipit: *Fratribus de monte dei orientale lumen* &c. et finit: *secretum meum mihi. Explicit de vita solitaria.*

II. fol. 21. p. 2. Incipit tractatus beati Bernardi abbatis de vite ordine et Morum instructione. Initium: *Hortatur quidem timidam mentis mee imperitiam* &c. Finis: *et flebilis supplexque tu ora hoc modo.* Abjudicant a Bernardo rite dicti Editores, qui hunc Tractatum T. cit. col. 373. exhibent, et ad suae familiae Autorem aliquem referunt, moti C. V. n. 16. verbis: *sanctus Pater noster Benedictus.* At Codex noster solum legit: *pater Benedictus.*

III. fol. 31. De gradibus humilitatis. Libellum hunc primum Bernardi foetum adpellant *Mauriani*, quamvis ejus nomen Codex taceat. Extat T. II. col. 557. praevia S. Patris quorundam Dictorum suorum *Retractione*, quam etiam Codex praemittit, addita insuper Dicendorum *συναψαι*, quam Editores non habuisse videntur. Incipit Retractatio: *In hoc opusculo, cum illud de Evangelio* &c. Ipsum Opusculum: *Rogasti me frater Gottbefride* &c. Explicit: *melius in tuo corde quam in nostro codice leges.*

IV. fol. 45. De gratia et libero arbitrio. Et ad calcem: *Explicit liber beati Bernardi Abbatis.*

de gratia et libero Arbitrio. Initium: *Loquente me quondam (coram) aliquando et Dei in me gratiam commendante* &c. Extat Edit. cit. T. II. col. 603. cum praefixa Autoris ad *Guillelmum S. Theodorici Abb.* Epistola, quae Codici deest.

V. fol. 58. *Conscientia Bernardi.* Et ad calcem: *Explicit liber de conscientia beati Bernardi.* Initium: *Conscientia in qua perpetuo est anima mansura* &c. Finis: *Si vis omnes malas cogitationes a corde tuo expellere hec semper cogita.* Inter Bernardina in prioribus Editionibus, v. g. *Parisina* 1586. col. 1427. f. Sed post *Horstium* omisere *Mauriani*.

VI. fol. 66. Tractatus absque Autoris nomine et Inscriptione, qui incipit: *Quoniam tres status sunt in Ecclesia ex quibus provenit uniuersaliter numerus electorum, sicut habetur exemplariter de sancta Trinitate et fide catholica firmiter credimus circa finem, videlicet Virginum, continencium et conjugatorum* &c. Capitibus VII. contendit, Pudicitiam virginalem ceteris praeferrere autoritate Scripturae, Patrum, Juris Can. Philosophorum et rationis, idem dicendum de Continentia viduali, demum Conjugium post adventum Christi nec sub praecepto, nec sub consilio, sed tantum sub indulgentia esse. Aetas scriptionis inde liquet, quod *Gilbertum in Cantica* citari videas, utique illum de *Hoylandia*, qui Bernardi magistri sui *Homilias in Cantica* subplevit. Unde jam ad Scho.

1537

A S C E T I C I.

1538

Scholasticos pertinet Scriptor, quod et phrasis prodit, cetera Historiae etiam profanae non imperitus. Extrema Tractatus defunt.

DCLVIII.

R. 3317

Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 151. f. per duas columnas nitidissime exaratus, et coloribus speciosus complectitur I. *Rupertii Tuitiensis Abb. Libros XIII. de Victoria Verbi Dei*, prout extant in Edit. *Veneta* T. III. 1749. p. 514. f. praemisso alio prolixo *Capitulari*, quam, quod Editioni subiectum est. Adest Praefatio ad *Cunonem Abb. Sigebergensem: Nuper cum tu hospes &c.* Textus integer et sincerus est.

II. fol. 105. Incipiunt *Epistole beati Bernardi de claravalle ad diuersas personas. Prima sua ad Rudpertum fugitiuum Monachum reuocatoria.* XLI. Rubricae sunt, primamque illam *Epistolam* praedit *Narratio e Vitae Bernardi L. I. c. 11. T. VI. col. 1083.* qua scripta refertur *extra claustrum in medio imbre sine imbre.* *Epistola Maurianis XXXII.* ad *Abbatem S. Nicasii Remens.* nobis inscribitur ad *Gwidonem Iansenen. Episcopum.* Praeterea inter *Epistolas* hic occurrit *Tract. de Baptismo ad Hugonem de S. Victore*, ut habetur edit. *Maur. T. II. col. 625.* *Tract. ad Innocentium II.* contra *Errores Abaelardi*, ut *col. 643.* *Epistola ad Severinum Monachum de Caritate*, quod *Opusculum e*

Richardo Victorino, Bernharo et Petro Blesensi compilatum legitur *T. V. col. 389.* absque *Severini* nomine simpliciter *de Caritate* inscriptum, nobisque primis *Richardi 4.* Capitibus ita terminatum: *et quam se ipsum. Et hec de his sufficiant.* Ubi *Mauriani: et quam se ipsum. de aliis;* manifesto argumento, etiam eorum textum hic interruptum fuisse. Agmen nobis cogit, sed sine multatus *Sermo beati Bernardi abbatis de moribus infantum*, quem quidem hoc Rubro frustra quaeres. *T. V. col. 373.* inscribitur: *De ordine vitae et morum institutione*, incipitque: *Hortatur quidem timidam mentis meae &c.* nec *Bernardi* est, sed iudicio *Maurianorum* cuiusdam *Benedictini.*

DCLIX.

Codex partim membranaceus, R. 3329 partim chartaceus lat. germ. Sec. primum XII. tum XV. Folior. 128. 4. parte priore eleganter exaratus et rubro enotatus inscribitur: *Christianus ad solitarium quendam de imagine mundi. Solitarius* hic, ut bis in margine expressum legitur, *Honorius est Augustodun.* Opusque istud pluries hoc *Vol.* refertur. Praedit *Epistola Christiani*, in qua *lege et positionem orbis pro Expositionem*, cum *Honorii* responso, in quo *malo in scientia profundo* quam *in scientia profundo*, item *tibi depingi formulam*, quam *tibi depingam formulam*, ut habent *Edita T. XX. Bibl. PP. Lugd.*

D d 2